cursu ⁊ a demonio meridiano.
Cadent a latere tuo mille ⁊ de
cem milia a dextris tuis. ad te autem
non appropinquabit. Verumptamen
oculis tuis considerabis ⁊ retribu
cionem peccatorum videbis. Quoniam tu es
domine spes mea altissimum posuisti
refugium tuum. Non accedat ad
te malum ⁊ flagellum non appropinqua
bit tabernaculo tuo. Quoniam angel
is suis mandavit de te. ut custodi
ant te in omnibus viis tuis. In
manibus portabunt te. ne forte offen
das ad lapidem pedem tuum. Super
aspidem ⁊ basiliscum ambulabis et
conculcabis leonem ⁊ draconem.
Quoniam in me speravit liberabo eum.